



MONITUM AD LECTOREM.



IBELLOS contra Bullam UNIGENITUS edendi nullus est finis : pro illa prodeunt paucissimi ; ut solent novæ hæreses Architecti in stabilienda secta ardenteres esse , quām pro Ecclesiæ defensione Catholici . Hi nempe de Fidei suæ veritate , & Divinis promissionibus securi , certissimum habent , portas inferi adversus eam non prævalituras . Et quidem , quas videre hacenus licuit pro Constitutione Apologias , pleraque per breves sunt , firmandis potius in Fide Catholicis , quām confutandis hæreticis accommodatæ : utque unius fortè nostris vigiliis ortum suum debent , paucorum passim dierum luce perfruuntur . Quapropter amicorum aliqui censuere , non inutilem præstiturum me Ecclesiæ operam , si , quam singulari plurium annorum studio acquisivisse visus sum præsentium controversiarum intelligentiam , majoris molis lucubrationi impenderem . Pareo non invitus , et si valetudine minus firmâ .

Sic autem in toto Opere versari conabor , ut communis Fidei , & Constitutionis Apostolicæ ; non Scholæ alicujus Catholicæ defensorem , aut adversarium agam . Dum igitur ab amicorum vindiciis abstineo , non ægrè , ut confido ,
† 2 ferent